Schreiben des Sekretärs Arnold Langemann an den Sekretär Anton Hollmann über die Bemühungen um eine kaiserliche Bestätigung der Vormundschaft

1587

Staatsarchiv Marburg
Bestand 115.1
Nr. 1957

Quandoquidem Reverendissimus noster Princeps meus Clementissimus, jam per Imperiale Decretum et auctoritatam Confirmationem tutele obtinuit, & nunc deinceps omnia que ad pupille sue emolumentum spectant fideliter peragere debet, ego suasi ipsius Celsitudini, primo quoque die (et quanto temporis fieri possit) inventarium conficiendum, bona diligenter in eodem notanda et consignanda esse.

In Inventarii n. confectione primam et precipuam curam positam esse, ne precipue mobilia ipsius pupille bona detrimenti aliquid capiant ex negligentia, aut forte ante Inventarii confectionem malitiose distrahantur.

Deinde ipsam pupillam in timore Domini, pietate, honestis moribus educandam, fidelibus preceptoribus in disciplinam tradendam, apud honestos, pios etc educandam, alimenta prestanda, & alia qualia, que ad tutoris officium pertinent. Eaque sane ob causam eo fidelius efficienda esse, quod ipsius Celsitudo super hac tutela juravit, item quod tutela summa gravitate, fide, et cura administranda sit: tutele n. actionem bone fidei esse.

Postremo rationem tutele exactissimam esse reddendam, ut finita tutela, et ~~quotiescunque~~ quandocunque id pupille profuturum fuerit: et quod omnium sit gravissimum et contortissimum actionem tutele directam infamiam secum trahere.

Si in ... illa gratia qd habeas, cuius ipsius Celsitudo admoneri debeat, peto ut id latorem ... ad me scribi facias,

Si qd et mihi ... poteris apud Gratiosam Comitissam fortè commendando, ut ut et mihi aliqd oneris in tali administratione imponat suadendo, id ut mihi fideliter cures, iterum rogo.

Quod vestro Johanni à Collen ... id nondum expedire potui, qa opportunitas illius negotij tractandi oblata haud fuit, expectanda igr occasio est. De quod in ... ... significari velis. His te, meam familiam nostros oes divinae clementiae commendo; salutat te oia ... tua et mea mater, ambae aetatis ... Martino nro nunc scripsi, qd responderat expecto. A te ..., ad oia mihi respondere, maxime qd ad id de quod ad te, meam personam concernens, delatum est, cupio. Datae in Castro ... 19 Octob. Ao 87

T. Arnoldus Langeman ...

f quod tamen portare queam

Spectato Consultoq[ue] viro D[omi]no
Anthonio Holmanno Waldeccensi
Consiliario & Secretario amitino
suo charissimo, ad manus
proprias